

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Commentatio Critica In Historiam Pugnae Davidis Cum  
Goliatho I. Sam. XVII. XVIII.**

**Trendelenburg, Johann Georg Trendelenburg, Johann Georg  
Gedani, [MDCCXCII?]**

**VD18 13277812**

[Commentatio Critica In Historiam Pugnae Davidis Cum Goliatho I. Sam.  
XVII. XVIII.]

**urn:nbn:de:gbv:45:1-14974**

**V**ix ullus exstat veteris Testamenti locus, qui quidem ope critica indigeat, cui tam manifesta depravationis vestigia impressa haereant, quam *historia pugnae Davidis cum Goliatho*. Quod quamquam virorum doctissimorum non effugit sagacitatem, adeo ut vel *Baylius* et *Clericus* interpolationem quandam subodorarentur, tamen, cui potissimum parti falsa critica adhibenda esset, haud ante exploratum est, quam animadverteretur, quedam in *editione Romana versionis grecæ Alexandrine* deesse, atque hæc ea esse posse, quibus additis egregia ista ceteroquin narratio depravata sit. Nimirum in *Vaticano* hujus versionis *exemplum*, ex quo, quasi ex fonte, fluxit Romana recensio, deest primum periocha c. XVII a comminate inde 12 usque ad 31 integra, deinde comma 41 et 50; tum iterum periocha a c. XVII, 55 usque ad XVIII, 5; porro XVIII, 8 — 11; tum XVIII, 17 — 19 incl.; denique pars posterior comminatis 21.

Ad quam quidem interpolationum et frequentiam et magnitudinem mirum non est, si stupeat lector nec nisi gravissimis ad ductus rationibus eas vere contigisse sibi persuadeat. Quamvis enim nostræ ætatis Criticorum præstantissimus quisque, Houbiganius \*), Kennicottus \*\*), Michaelis \*\*\*), et Eichhornius \*\*\*\*),

A

fuis

\*) In Bibliis Hebraicis cum notis criticis et versione latina ad notas criticas facta, Lutet. Paris. 1753. locum suspectum uncinis includendum curavit.

\*\*) Tam in diss. super textus hebraici V. T. ratione ed Teller. Lips, 1765. 8. T. II. p. 402 — 415, ubi et multa ex Pilkingtoni libro singulari (Remarks upon several passages of Scripture), quæ ad nosrum locum pertinent, inserta leguntur; quam in diss. generali in V. T. hebr. cum variis lectt. ex codd. Mstis et impressis. Oxon. 1780. p. 38.

\*\*\*) Quum in notis ad versionem V. T. germ., in qua et loca suspecta typis minusculis exprimenda curavit, tum in Biblioth. Oriental. passim. VII, 196. App. ad T. XII, 196 XX, 30 sqq.

\*\*\*\*) Einleitung ins alte Testament, II, Band, p. 571. sqq.



suis quisque rationibus usus, hæc loca obelo notanda censuerit, tamen quæ singula ad locum quendam in scriptore vel Græco vel Latino damnandum sufficerent, ea nos, dum in libris sive veteris sive novi Testamenti lustrandis versamur, vix movent universa. Nimirum Sacri Codicis limina cum falce critica salutantes sacro nos quodam horrore perfusos et manum male sana rescindere gestientem invisibili quādam vi retrahi quasi sentimus. Verum enimvero vel literulas omnes et apices, qui in bibliis typis expressis hodie exstant, defendere velle, nec ulla rationum vel gravitate vel copia moveri posse, ut locum quendam inducendum esse arbitremur, hæc demum critica existimanda est, non religio, sed superstitione. Nam magui nostra interesse, ut certiores fiamus, quæ vere a sacro scriptore profecta sint, quæ aliunde illata, quis est, qui dubitet? Ecquis vero est rerum antiquarum studiosus, qui, dum monumento et arte et vetustate venerabili, qua gaudet, particulam quandam ab artifice posterioris ætatis male sedulo adsutam esse suspicetur, non adeat artis peritos, non roget, ut comissuras recte intueantur, ut omnia fraudis vestigia eurose indagent, qui denique non omnia, quæ ex illis didicerit, memoriae mandet, ut, quid inde colligi possit, intelligat? Hujus igitur diligentiam, age, et nos in re multo graviori imitemur, et quæ a viris doctis passim depravationis in hoc, quem tractamus, loco indicia detecta sunt, nostris qualibuscunque observationculis admixtis, colligamus, ea tamen lege, ut, quæ ab aliis monita sunt, succincte tradamus, in ceteris paullo simus diligentiores. Ita vero in re nostra tractanda versabitur, ut interpolationis *indicia*, tam *interna*, quam *externa*, quæ ad locum capitalem i Sam. XVII, 12—31. pertinent, recen- feamus, quo nostrum de ceteris locis adjuvetur judicium.

Quodsi igitur i Sam. XVII, 12—31 textum per se, nullis aliis subsidiis criticis adhibitis, spectemus, primam interpolationis suspicionem movent, et filium orationis usque ad v. u. placide decurrens subito abruptum et res sine necessitate bis narratae. Nam *genealogia Davidis*, pater et patria, cum tribus fratribus natu maioribus iterum memorantur, et quidem sic, ac si antea horum om-

nium



nium mentio facta hanc fuisset, quum tamen suo loco XVI, 1—11 euncta fuisse explicata inveniamus. Similiter v. 19 locum pugnae iisdem fere verbis ac v. 2 descriptum legimus. Denique dum provocatio Goliathi et metus Israelitearum iterum commemorantur, nomen Philisthæi ex instituto additur, ac si nusquam antea de eo sermo fuisset. Quæ quidem omnia, quamvis ejusmodi sint, ut minime iteranda esse videantur, tamen frequens hæc et otiosa supra dictorum repetitio forsitan excusationem haberet, si in scriptore rudi et imperito versaremur, quod quidem minime cadere in historiæ Goliathi et Davidis enarratorem infra videbimus.

Verum non parum eo augetur suspicio, quod hanc periocham legenti, nec eorum, quæ aliunde de Davide constant, immemori, improbabilia multa et cum antecedentibus pariter ac sequentibus pugnantia occurrant. Sic e. c. Davidi c. XVI, 18. præter citharae pulsandæ peritiam tribuitur *animus fortis et bellicosus* atque *et aquentia* \*). Nam qui eum regi commendabat, eum esse dicebat יְרָעַ נָנָן וְגָבֹור חִיל וְאִישׁ מְלֹחֶה וּנְבָן דָּבָר etiam posthac in egregio illo cum rege colloquio servat, v. 34. ubi eloquenter pariter ac fortiter respondet, se jam cum ursi et leone pugnasse, neque igitur extimescere Philisthæum. Porro vidi mus Davidem (XVII, 21.) non tantum Saulo notum, sed in ejus aula versantem, et ab ipso dilectum, regis aures musica delinientem, et honorifico *armigeri regii* munere ornatum, quod eum procul abesse a Saulo, præsertim belli tempore, haud sineret, et ut perpetuo regi adesset, Saulus precibus a patre impetraverat. At quam omnia alia in periocha jure criticis suspecta! Videmus fortem illum Davidem, amicum Sauli, regis armigerum non, ubi exspectan-

---

\*) Sic enim נְבָן דָּבָר, neque cum Lutherò verstaendig in Sachen, neque cum Michaelis er redet vernuenftig vertendum duxerim. Uterque enim etymologiæ h. l. nimis studiosus fuit. Vox hebraica נְבָן autem si nomini jungatur, peritum alicujus rei, significare solet, ut נְבָן לְחֵש, incutandi peritus Jes, III, 3.



— — —

exspectandus erat, in belli tumultu. Saulique comitem, sed greges patris placide pascentem, et, quasi unum ex multis, patris demum jussu castra fratrum visendorum caussa intrante. Quum postea a præcone \*) præmia futuri victoris audit, non regem dudum sibi cognitum et faventem adit, consiliumque de ineunda cum Philisteo pugna exponit, sed parum generose profecto, nee Davidis moribus apte, de præmiis victori propositis quærerit. Fratri objurganti, non, ut virum, *regis amicum*, et *futurum regem* (quod uterque, ut ex c. XVI. patet, ignorare non poterat,) decebat, sed timidiuscule, velut puer, fratri natu majoris minas metuens præceptisque morem gerens, respondet, et ejus aspectui se subducens alios aliasque de Goliatho et de præmiis propositis curiose quærens innuit, se præmia ista reportare cupere, de quibus postea in omni libro tantum abest, ut vestigium ullum existet, ut potius ex c. XVIII. pateat, Davidem de regis filia ducenda ne quidem cogitasse, quuin tamen jure eam, si hujus periochæ concinnatori fides habenda, poscere potuisset. Vix sane credibile est, unum eundemque scriptorem adeo lui immemorem esse et secum pugnare posse.

Atque in hac persuasione firmabitur, quicunque *rationem narrandi* in hac periocha cum stilo totius historiæ comparaverit. Sive enim 11. versiculos hanc periocham antecedentes, sive 14. eandem sequentes species, res omnia eo, quo acciderat, ordine, simpliciter, perspicua oratione, nullo verborum frico adhibito exponitur. In hac periocha vero, in qua res, ut patet, de novo narratur, valde desideratur lucidus ille *ordo*, qui veritatem narrationi conciliare solet. Sic v. 16. provocatio Philisthei commemoratur, nulla nominis ejus mentione facta, tum v. 19. *situs castrorum* describitur, et tandem v. 23. *nomen et patria Philisthei* additur. At vero initio hujus capitatis omnia egregie eo ordine, quem ipsa rerum natura requirit,

---

\*) Hoc mihi significare videtur v. 25. לְאִישׁ יִשְׂרָאֵל, neque unum ex vulgo. Nam huic significationi favere videtur et auctoris narrandi ratio et ipsa verba homini tributa, quæ non tam simpliciter narrantis, quam præconis personam agentem decent.



—

requirit, enarrantur, primum situs castrorum, tum Philisthæi nomen, denique ejus provocatio, quemadmodum auctor in describendo omni negotio ipsam naturam videtur ducem secutus esse.

At vero hujus periochæ concinnator res per se jam admirabiles ita narrat seduloque cuncta exaggerat, ut miraculi speciem induant. Quam, quæso, probabilia omnia in textu, ejectis his viginti versiculis, apparent! Postquam Goliathus fortem quemque Hebræorum provocaverat, et auctor omnes aspectu ejus timore perculsus fuisse narraverat, statim Davides virtute sua fretus regem, utpote armiger et comes Sauli, adit, et cum eo consilium de ieuenda cum Philisthæo pugna communicat. At vero hæc nimis simpliciter dicta videbantur periochæ hujus concinnatori. Ille dixerat v. 11. וַיָּחֹתֶר וַיָּרֹא מִאֵד, at hic præter omnia in probabilitatem v. 24. addit, וַיָּגַנְסֶר, omnes coram uno fugisse. Ille statim Davidem ad pugnandum paratum fuisse narrat, at hic Goliathum per quadraginta dies, quod omnem superat fidem, et quidem singulis diebus bis prodiisse, nec quemquam fuisse, qui cum ipso congregidine regiis quidem præmiis excitatus, ausus esset. Hæc quoque causa fuisse videtur, cur Davidem absentem nec in castris Hebræorum regi comitem adfuisse finxerit. Nemirum Davidem ipsum integras quadraginta dies trepidasse, vel auctori nimis improbabile videbatur. Porro hoc miraculis historiam suam exornandi studium eum quoque induisse videtur, ut Davidem nobis ut juvenem, non strenuum, sed imbellem, contra, quam de eo constat, depingat.

Accedit alia gravis causa, cur suspecti hi viginti versus cum toto capite unum eundemque auctorem vix agnosceré possint. Nam in iis *dictione* et *phrasologia* occurrit plane singularis. Multæ enim sunt voces et phrases, quæ, non dicam in hac historia, sed ne in omnibus quidem Hebræorum libris reperiantur. Sic statim v. 12. בָּא בְּאַנְשִׁים plane inusitata phrasis est, ubi quisque Hebrææ linguae gnarus exspectasset. בָּא בְּיִמִּים In qua quidem phrasi explicanda quantopere se torserint interpretes, qui videre cupiat, adeat veteres interpretes et Vorstii de Hebraismis N. T. commentarium ed. Fi-

R

Scheri



scheri p. 425. et Cappelli criticam sacram ed. Vogel. p. 1025. Cappellus ipse asserit, Alexandrinum interpretem secundum edit. Complutensem εν επεστη habere, adeoque legisse בָּא בְשִׁנֵּי, et hanc lectionem vulgatae præfert. Jam, quinquaginta eandem etiam hoc loco exprimunt Syrus et Arabs, verum nil aliud, quam בָּא בַּיִם interpretari esse videntur. Nam et Gen. XXIV, 1. eandem hanc phrasin sic vertunt. Quomodoquaque autem בָּא בְּאֶנְשִׁי interpreteris, certo certius est, quod etiam Cappellus fatetur, istam phrasin et obscuram esse et ignotam. Similiter v. 16. הַעֲרָב nusquam alibi in libris Hebreorum occurrit, sed ad analogiam του ουκ effidum videtur, ut significet, *vespere aliquid facere.* Sic et v. 18. חַרְצֵי הַחֹלֵב est ἀπαξ λεγομένος, cuius varias explicationes quam b. Michaelis in supplementis ad lexica hebraica enarraverit, nos quidem eorum recensione supersedemus. Porro versu eodem Phrasis וְאַת אָחִיך לְשָׁלוֹם quoque inusitata, nec analogia hebr. linguae congrua. Nam درש לשלום et שאל לשלום dici, satis notum est. Sed hoc loco בְּפָקַד vix aliter, quam pro רָאָה videtur posse positum esse. At tum etiam secundum analogiam verborum Gen XXXVII, 14. obviorum הען וְאַת שָׁלוֹם אָחִיך רָאָה dicendum fuisset וְאַת שָׁלוֹם אָחִיך תְּפַקֵּד.

Præter has voces et phrases ceteris Hebreorum libris plane ignotas invenimus etiam in hoc commatum complexu *voces et distinctiones* non prorsus quidecum inauditas, sed, quod perinde fere est, *significatu alias ignota usurpatas, nec faciles intellectu.* Huc retulit notissimum illud pronomen הַזֶּה, quod, quid sibi velit, haud facile dixerit, qui hoc comma cum antecedente conjungat, et ab eodem auctore profectum existimet. Evidenter tum illud הַזֶּה explicativum putarem et pro הַרְאָה positum; David filius viri Ephrathæi, hoc est, Bethlehemitæ. Sed semper manet, quod diximus, non in usu est hæc vocis significatio. Similiter si quis v. 15. הַלְךָ וְשָׁב מַעַל שָׁאוֹל ex hebraica loquendi consuetudine interpretari velit, intelligi vix potest. Nam הַלְךָ alio verbo junctum adverbialiter



7

verbialiter sumi solet, ita ut per *magis magisque* verti possit v. c. Exod. XIX, 19. **וַיֹּהֵי קֹל הַשִּׁפָּר הַוְּלָךְ וְחוֹזֶק**, et vox buccinae *magis magisque* invaluit. Sic vel nostro capite v. 41. Philistæus *magis magisque* accessit (**וַיֹּלֶךְ הַפְּלִשְׁתִּי הַלְּךָ וְקָרַב**). At hæc significatio in nostrum locum nullo modo cadit. Lutherus dum: *Ging David wiederum vom Saul*, vertit, Hebraismum in mente habuisse videtur, quo **שׁוב** alio verbo junctum adverbialiter sumitur, et postea loquendi ratione per *iterum* verti potest. Sed cum **שׁוב** non post, sed ante ejusmodi verbum poni solet. Michaelis igitur, his angustiis, ut videtur, pressus; *David ging vom Saul ab und zu* vertit, quod in hoc rerum nexu parum certe aptum fundit sensum. Forte hoc verbum **הַלְּךָ** pleonaslice, quamvis, fateor, non ad rationem dicendi Hebreis usitatum, suum est, *abiit et reversus est*. Nec **עֲרָבָתֶם** v. 18. hic silentio prætermittendum, quod, quamvis alias occurrat, tamen h. l. inultum negotii interpretibus facessit. Nam nulla notarum significationum hic facile locum habere potest, sed omnes et veteres et recentiores interpretes ex contextu significationem hariolati sunt. Nec ullus unquam fuit, qui certis rationibus philologicis significationem huic loco aptam demonstraverit. Atque de lectione dubitari fere non potest, cum omnes, præter *τους* LXX, in ea consentiant. Hi enim soli a ceteris abeuntis vertunt: **Καὶ ὁ εἰαρ Χρηστὸς γνωσθή**, bono sensu, et **צְרָכָתֶם**, ut jam Cappellus monuit, sive potius legisse videntur, sed tum verbum **תְּקַנֵּת** adjunctum voci hand responderet. Huc etiam refero v. 20. vocem **נְטָעָה**, que, quamvis saepe usu veniat, tamen non cum **לְלָךְ** seu **עַל** juncta reperitur, ut significet, *mandare alicui aliquid*. Sed in hac Phrasí ita sibi placet autor, ut ter ea in brevi hac periocha v. 20. scilicet, 22 et 28. uti non dubitaverit. In eodem versu occurrat æque suspecta et inusitata dicendi forma, **נוֹשָׂא וַיֹּלֶךְ**, ex qua non nisi difficulti negotio sensus probus elicetur. Quodsi enim **נְשָׂא** h. l. *sustulit*, ut solet, significare putas, ad res v. 17. 18. Davidi a patre datas referendum esset, a quibus tamen justo longius distat, nullumque aptum sensum fundit. Ellipsis vocis **כָּלִים**, autem duri, quid habere, patet.



His quidem fortasse addi nennulla possent, nisi verendum esset, ne nimis studiose omnia ad interpolationis suspicionem trahere velle videremur. Quare ingenue fatebimur exemplum stili non bene hebraici ab ill. *Eichhornio* allatum, dum verba **אִישׁ אָפָרְתִּי הַזֶּה מִבֵּית לְחֹם** versu 12 obvia ad phrases referunt inusitatas, nobis quidem huc non pertinere videri. Nam proflus eadem die<sup>ho</sup> Ruth I, 2. occurrit, ubi Elimelechi filii **אָפָרְתִּים מִבֵּית לְחֹם יְהוָה** vocantur. In altero illo, quod affert, exemplo v. 13. **וַיָּלֹכוּ שֶׁלֶשׁ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל הַלְּכֹו אַחֲרֵי שָׂ奥ֵל** למלammad ושם **שֶׁלֶשׁ בְּנֵי אָשֶׁר הַלְּכֹו בְּמַלחְמָה אֶלְיאָב הַבּוֹר** הלך ומשנהו **אַבִּינְדָּב וְהַשְּׁלָשִׁי שָׁמָה** binam illam vocis repetitio- nem esse singularem, in eo valde me habet consentientem, siquidem vere ita scripsit auctor. Sed vereor, ut res ita se habeat. Mihi certe prius illud ex sequenti v. 14. ubi pariter ac hoc loco inter **אַחֲרֵי גָּדִים** et possum est, librarii cujusdam oscitania videtur huc illatum. Ceterum vero haud negandum in omni hujus loci sermone sape nexus rerum et verborum aptum desiderari.

Huic argumentorum seriei aliud addam, idque, licet ordine ultimum, tamen non ultimum ad lectorem de interpolatione facta persuadendum. Nimirum admissa et in textum recepta hac periocha turbatur et subito interruipitur rerum gestarum narratio, eadem autem ejecta tantum abest, ut quicquam desideretur, ut potius egregie omnis fluat oratio. Initio v. 12. præter omnem expectationem abrumpi sermonem cuivis legenti, etiam parum rebus intento, illico patet. Quod quidem sentiens Vulgatus interpres, rem mitigare quodammodo studuit, dum vertit: *David autem erat filius viri Ephrathæi, de quo supra dictum est, ex Bethlehem Iuda; ita ut illud de quo supra dictum est cum hebr. הַזֶּה conspiret.* Idem vero quoque lector attentus in fine hujus periochæ v. 31. observabit, neque valde coherere narrationem sentiet. Nam licet voce **וַיִּקְחֹזֵךְ** antecedentia cum sequentibus quodammodo quasi conglutinentur, nihilominus tamen hiulca et paullulum abrupta apparet oratio. Quod quidem haud parum eo angetur, quod David, qui tuus primus in conspectum prodire singitur, statim a

prono-



pronominis (עַל) incipit, ac si sibi jam nunc cum rege sermo de Philisthæo intercessisset. Nam statim sic infit: **אֶל יִפְלֵל לְבָ אָדָם עַלְיוֹן**. At quam alia omnia his viginti versibus ejclis! Quam arctissime tum omnia inter se conjuncta apparent! Philisthæus contumeliose Hebræorum quemque ad singulare certamen provocat; omnes audiunt, rex timet, cuncti trepidant, Davides adevit, qui statim Saulum alloquitur: *Nemo queso hujus causa animo cadat.* Atque tum sane, siquidem Davide præsente et cum Saulo degente omnis res agebatur, neminem offendere potest a pronominis incipiens oratio.

Neque vero quisquam, qui omne hoc caput, his tantum versibus omissis, perlegat, quicquam, quod ad rem pertineat, desiderabit, sed tam graphicè cuncta narrata esse intelliget, ut coram agi videantur, et ut hebreum quendam Homerum monomachiam describentem audire arbitretur. Atque haec summa rei narratæ, rituum, morum, sermonum, cum iis, quæ in Homero legimus similitudo me quoque induxit, ut speciminis loco periculum faciem, omnem hanc narrationem genuinam versionis instar accurate versibus Homericis exprimendi, ex quo simul, quantopere omnis oratio, ejecto illo, de quo loquimur, loco, cohaereat, apparebit. Quanquam enim id mihi non arrogo, ut elegantiam illam, qua olim Barnesius in Sufade Estheræ historiam græce expressit, me putem assecutum esse, tamen in eo certe me viciisse arbitror et hunc et cetera carmina omnia, quæ Ομηροκεντρωνες sive Ομηροκεντρæ vulgo vocantur, quod vestigia hebrei textus pressæ secutus sum, servato ordine et ipsis adeo verbis, additis nonnunquam tantum epithetis Homero sollemnibus, quod diverso et lingue inge-  
nio et orationis generi tribuendum esse putavi. Hac igitur opportunitate simul quoque usus sum, ut observationes quasdam criticæ ad hanc historiæ partem pertinentes in notis subjungerem.

B.3  
Moy-



## Μονομαχία Δαβειδού καὶ Γωλιαθός.

Ἐβραιῶν πότε Φλιζαῖν τε αγκυροῖς θύμῳ  
Δηιὸν εἰς πολέμου πυκνοῖς κινητοῖ Φαλαγγύες.  
Καὶ εἶσαν ἐκάτεροι δεκάλεες εὐθὺς καὶ εὐθὺς  
Οὐρεος εἰς κορυφὴς ολυγοῦ δ' ἐν μεσσατῷ αὔγκος \*),  
Αλλά ὅτε διὰ σχεδὸν ησαν επὶ αλληλοισιν μούτες,  
Διη τοτε Φλιζαῖοις προμαχίζε πελωρίος αὐγῆς  
(Γωλιαθοῦ δὲ ανομηναῖν εφαν τ' εκ Γαθ ψευγενοσθαί)  
Φλιζαῖων κεφαλὴν ήδε ευρεας εξοχος αμφες,  
τύφος τύγη πεφυκει ἐπτος καὶ εικοσιδωρον, \*\*)  
Νευσαζῶν κορυφὴν βρειλη, Θωρηκα δὲ θερη  
Εἶχε περι τηθεσσι, τινασσε τε οβριμον εύχος  
Χαλκειας δὲ αν κυημίδας εφορει περι κυημάς.

ΕΥΧΕΙΑΣ

\*) I Sam. XVII, 3. נִזְׁבָּן. Aquilæ versionem ὁ μεσαζῶν Cod. Coisl 2. adscriptam hue refert Montefalconius. Sed quomodo Aquila, Etymologicæ adeo tenax, נִזְׁבָּן explicare potuerit hac voce, quæ neque significatione neque derivatione cum hebr. נִזְׁבָּן ullo modo convenit, haud patet. Quare mihi quidem ὁ μεσαζῶν versio 78 אֲשֶׁר הַבְנִים quod statim initio v. 4, occurrit, esse videtur. Derivationis enim a בִּן, quod alias μεσον et αὐτες μεσον vertitur, rationem habuit, et fortasse jam tum in usu quodammodo erat significatio vocis μεσαζῶν, quæ postmodum invalidit. Nam principes ministri Byzantini et postea vel Veziri Turcorum μεσαζούτες vocabantur. Cf. Du Fresne Gloss. med. et inf. Græcitatis voc. μεσαζούτες.

\*\*) Exprimit mensuram v. 4. שְׁמֹת וּוֹרֶת. Nam ulna quatuor, spithama tribus constat palmis.



Εγχεις μεν \*) κοντος ὑφαντες ισω \*\*) εωκει  
Της γε σιδηρει πελεν αιχμη πελυταλαιτος. \*\*\*)  
Τα δια παροιθεν εβη Θεραπων Φορεων τακος ευρυ.  
Οι διγε Θωρηχθεις προκαλιζετο παντας αφιεται  
Εβραιων μαχεσασθαι εν αινη δηιοτητι,  
Και μεγαλ αυδησας μετα αμφοτεροισιν εειπεν

Τιττ.

\*) v. 7. ωρχ χνιτρ, pro quo Keri habet ψυ, quæ lectio τῳ Cthib haud dubie præferenda, quam et omnes versiones veteres eam expressam exhibeant, et ne unicus quidem existet locus, ex quo probari possit, ψη olim bastile significasse.

\*\*) Sic et Symmachus vertit v. 7. מנוּר אֲרָגִים. At LXX habent ωσει μεσακλον ὑφανοντων, quod in aliis codicibus μεσακλον, in aliis μεσακνον scribitur, ab Hesychio etiam μεσακμον, sed librarii, ut videtur, incuria. Quum vero haec voces omnes aliunde notæ non sint, neque ad græcæ linguæ analogiam formatæ videantur, probabilis omnino est conjectura Bielii (in novo Thesauro philolog. voc. Αντιον) μεσαγκονον veram lectionem esse putantis; quod etiam loco a Du Fresne Glossar. voc. μεσακνον laudato quodammodo firmatur. Sed nil decernere neque μεσακνον prorsus repudiare ausim, quum ex eo vocabulorum genere sit, quod ad opificium quoddam pertinens quotidiano sermone haud frequentaretur.

\*\*\*) Montefalconius v. 7. ad בְּרוּלִים שְׁקָלִים refert voces σικλων σατηρων in Cod Coisl. 2. Aquilæ tributas; at mendum esse suspicatur pro σατηρων σιδηρων. Rechte quidem statuit, Aquilæ versionem veram του Σίκλησις esse σατηρων. Nam et alias vocem sic vertit, et derivationis (לְקַשׁ, ισαναι) rationem habuit. Sed quomodo ex σιδηρων post σατηρων positum fieri potuerit σικλων ante σατηρων positum, non patet. Facilius res expeditur, si statuas, σικλων σατηρων duplēm esse versionem vocis Σίκλησις, neque quidquam rei habere cum בְּרוּלִים.



Τιπτ' ακεω, Εβραιοι αγαλισθε, ωδε καθησθε;  
 Η υμεις γ' οκνατε, ελευθερω ανδρι μαχεσθαι,  
 Σαυλος δουλος \*) εοντες, ος ουτιδανοισι αγαστει;  
 Αλλ' αγεθ, οντινα Θυμος εμοι μαχεσασθαι ανωγει,  
 Κρινετε εκ παντων, ινα μεν νυν αντιος ελθοι.  
 Δικευ εμε κτεινη κενος κρειστων τε γενηται,  
 Ήμεις μεν γ' υμιν διλεισομεν ηματα παντοι.  
 Ει δ' ος, εμω υπο δερι δαμεις, απο Θυμου ολεσση,  
 Αμιν αει τελεοιτε Φορον, και διλοι εσοισθε.  
 Τιβριζω υμας παντας αμα ηματι τωδε \*\*)  
 Αλλ' αγε, κρινετε ανδρ, ος εμοι νυν αντιοωση.  
 Ως φατ' απειλησας της δ' ως 8ν μιθον ακοσση  
 Εβραιοι, τρομος ανοις υπηλυθε γυια εκαστον,  
 Σαυλω τ' αυτω Θυμος ενι 5ηθεσσι πατασσε.  
 Δη τοτε Δαβειδης βασιλη προσειπε παρασας.

Ω βασι

\*) **לְשָׁאֵל עֲבָרִים** v. 8. quum LXX vertant: Εβραιοι της  
 Σαελ, vix est, ut moneam, eos **עֲבָרִים** vel legere putasse,  
 vel vere legisse. Sed eodem cominate in Hexaplis verba  
 Symmachi *eis το μονομαχησαι* ad *וַיַּרְדֶּ אֶלְיָהּ* referuntur, quae  
 equidem magis verbis *וְנַחַמָּה יְהָדָה* v. 10, quae ab Alexandriino  
 interprete etiam και μονομαχησομεν αμφοτεροι vertuntur,  
 respondere putarem, nisi et hoc loco vulgata haberet:  
 et descendat ad singulare certamen.

\*\*) v. 10. **חִוָּס חֹהָה** in versione Alexandrina bis redditur  
 σημερον εν τη ημερᾳ ταυτῃ. Sed hæc posterior pro genuina  
 habenda est, quæ cum versione Symachi, qui σημερον vertit,  
 coaluisse videtur. Editio Breitingeriana pergit δοτε τε μοι  
 ανδρα, in quibus verbis τε illad mendosum, et ex ultima  
 syllaba vocis præcedentis δοτε ὄρτυν.



Θαρσει, ω Βασιλεῦ \*), καὶ ποιδ' οὐ δειδείς παρπάνται τούται  
Τῷ γορε εγών αυτος θωρηξόματι ποδέ μαχθεματικούνται τοιούται

Τὸν δὲ αέρα ὁ Βασιλεὺς αγανοῖς προσεφη επεεσσιν αερτολού  
Δαιμονί, οὐ συγέ μενειας ηρατεροφρονα φωτας οὐδὲν εἰ εἴ  
Κουρος εων, ουπω μαλα ειδως θεριδος αλκηντα μενειν μη τοι  
Τῳδε δε εκ παιδων πολεμησα εργα μεμηλει.

Τον δαν θαρσησας απαμειβετο ουσ Ισαιου  
Εσκον ποιμαινων ποτ' επ' ειροπονοις οιεσσι.  
Καη οργυντ' ειδον ηρατερον λιν ηε καη αεριτον \*\*)  
Ποιμηνης αερπαζοντα οις καη φιας μηλα.  
Εμμεμαως δε επαιξα καη εξηεπαζα μαλ' ακα  
Ασπαιρεσσαν οιν κατα γαμφηλησιν εχοντι.

C

Ανθισσε

\* ) Secutus sum versionem Alexandrinam, quae v. 32.  
וְבָא הָרִי וְאֶת דָּבָר יְפֵל לְבָא אֶרְם צָלוֹן vertit μη δη συμπεσετω η παρδικα τε  
Κυριας μη επ' αυτον, ac si pro אֶרְם legisset. Quod  
quamvis sensum rerum ηεξηι admodum convenientem fundat,  
tamen vulgata lectio non rejicienda, quum, præter hanc ver-  
sionem græcam, omnes ceteri interpres veteres in ea con-  
sentiant.

\*\*) Vulgatus interpres: *Veniebat leo vel ursus.* Verba hebraica v. 34.  
וְבָא הָרִי וְאֶת דָּבָר venit leo et cum ursus haud dubie admis-  
sum duri quid habent. Quod quidem b. Michaelis (Bibl. or. XII.  
App. p. 197.) ut emolliret דָּבָר legendum esse  
putavit, et *venit leo et venit ursus.* Sed neque hoc, me quidem  
judice, Hebræorum loquendi rationi satis respondet. Nam repetitio  
verbi נְבָא per synonymum אֶתְהָה Hebræis non valde frequentatum  
suspectum videtur, neque דָּבָר articulo bene caret, cum adsit in  
הָרִי. Quid? si loco וְאֶת legatur נְאָפָּה *venit leo et quoque ur-*  
*rus.* Dicem certe sequeremur Chaldæum, qui vertit וְאֶת אֲרִיא  
וְאֶת דָּבָר. Sed nihil decerno,





Λαθισμός δὲ κ' εμοί, κεφαλής χωιτώντες δάστραι  
Ελλαβού, ηδὲ πυγχού, ηδὲ οὐ εξ αυχενὸς εκένα.  
Οπλοτερός γαρ εών, τὸ δὲ μοι σφένος ἐκ αλαπαδίου.  
τίς δὲ ενικησας \*) κρατεροφρούρα λιντε καὶ αρκτού,  
τίς καὶ νικησεν τὸν απειλητηραν οἴω.  
Καὶ γαρ εμῆγε πεποιθα βιηφι, θεύτε αμυνη.

Τον δ' αρα πειθομένος ὁ αγαζ προσεψη επεεσσε  
Αλλ' ιδι δη θαρρων, καὶ σοι θεος εῖναι αρωγός.

Ως φατο. Δαβειδης δε χιτῶν ενεδυσατ' ανακτος,  
Κρατι δεπ αμφιφαλον κινεην θετο τετραφαληρον.  
Αυταρ επειδη παντα περι χροι εσσατο τευχη,  
Σενατ' επειτ' \*\*), αλλ' ε κινεσθ εδυνησατο παμπαν.

Τοσσον

\*) Hoc loco v. 36. affumentum habent et Alexandrinus et Vulgatus interpres, nemine ex ceteris veteribus cum ipsis consentiente. Sed nemini locum accuratius consideranti non patebit, ortum hoc affumentum traxisse ex v. 26. Nam quoniam tam hic, quam ibi verba male sedulus margini ea, quae his verbis v. 26. præcedunt, quae postea h. l. in textum migrarunt. v. 37. vero illud וְאָמַר בְּלִבְנֵי subintelligatur et cogitavit; sive, si cui hoc minus placeret, explicandum, et addidit. Nos quidem veniam impetraturos esse speramus, quod haec verba Davidi paullo post tribuerimus in versione nostra. Ceterum απεριτμητα apud τας ὁ vocι αλλοφυλα additum, ex v. 36. ut videtur, ortum traxit, ubi הַפְלִשְׁתִּי הַעֲרָל legit, quod etiam Symmachus et Incertus quidam ante oculos habuisse videntur, dum vertunt ille καὶ εσκαζεν, hic καὶ εχωλαινεν Δαβιδ εν τῷ βαδιζειν.

\*\*) Alexandrinus interpres v. 39. רַיְאֵל לְלִכְתָּן vertit καὶ εκοπιασσ περιπατησας. Itaque inverso literarum ordine רַיְאֵל a rad. לה legit, quod etiam Symmachus et Incertus quidam ante oculos habuisse videntur, dum vertunt ille καὶ εσκαζεν, hic καὶ εχωλαινεν Δαβιδ εν τῷ βαδιζειν.



Τοσσον ἐ ὄπλα βαρύνει αὐθεστεν γαρ ετ' αυτων πάντα ταῦτα  
Και δη τέτο νοων, Σαυλον προς μυθον εειπεν· οὐδε κορυφη εργάτη.

Ευ μαλ εγωγε βαρυνομανει εντεσι, αλλα και αυτως  
Αυτιον ειμι αυτου γυμνος επει, ος μεσσωσεν.  
Αρκτε εκ σοματος και αμαφενγοιο λεοντος, παντα την πατησαντα  
Ουτος και εκ χειρων της απειλητηρος ερυσεν.

Ως αρα φωνησας απεδυσατο τευχεα μαλα, εις την γατην  
Αυτην δαι χειρεσσι μαλαινροπα λαζετο βοικον,  
Και μεν επειτ οχθας μετ' εὑρρεος ποταμοιο φαντασιαν εντην ηζ  
Φοιτα, πεντε λιθες λειψε διζημενος αντω.  
Και της μεν εν πηρα ποιμενικη \*) κατεθηκεν,  
Η οι εν τελαιμωνι περι ειθεσσιν αωριο  
Εξ αμων, χερι δεξιτερη δεν αφενδονη ην \*\*).

C 2

Τον

\*) Montefalconius v. 40. versionem Aquilae εν τω αναλεκτηριω refert ad בְּכָל־ בִּילְקֹוט, quæ tamen certe ad referenda erat. Nam derivationem a לְקֹט collegit expressit, ut LXX, dum vertunt εν τω καδια τω ποιμενικω τω ουτι αυτω εις συλλογην. Ceterum γι illud copulativum in וּבִילְקֹוט excepto Chaldaeo nemo veterum interpretum expressit. Atque mihi quidem integra vox, fateor, suspecta videtur, quæ ad significationem της בְּכָל i. e. explicandum forte primum margini adscripta posthac in textum irrepsit.

\*\*) In hac jaculandi peritia potissimum spem victoriae posuisse Davide, patet. Quodsi enim de scopo aberrasset, illicet de eo actum erat. Hujus artis vero eum fuisse peritissimum, eventus et res ipsa loquitur. Nam Philisthem primo impetu in fronte percussum prostravit. Quanta autem fundæ vis fuerit et quam certus ejus usus, ex Diod. Sic. scimus, qui libr. V. de Balearibus loquens: Βαλλαγσι, inquit λιθες πολυ μειζες των αλλων γιτως ευτογως, οις δοκειν το βληθεν απο την καταπελτης φερενται - τηστε θυ-

εεεε



Τον δέως Γαλιαζός ευοήστεν ευούτιον εἰδότεν τὸν θεόν  
Στηράμη, πυρρού εούτα νεούτε καὶ εἶδος αρίστου,  
Χωετό, αγγής δίσαμενος προσεφη επεεσσόν.

Πως συγέ μοι, κανι τώς, συν ἀεβδῷ \*) αντιοωται  
Ετλης; ασσον ιδί· οιωνοισι, κυσιντε σε δωσω.

Τον δέ ταρβησας απαμειβετο ύιος Ισαίας\*

Αντιος ίσασ' εμειο συν ασπιδί δέρε τε μακρώ.

Λυταρ μενη εγωγε πεποιθεα θειη αρωγγη.

Σοι δεγω ενθαδε φημι φονον καὶ κηρα μελαιναν

Ηματι τωδ \*\*) εστεσθαι, εμη δυπο χειρι δαμεντα

Δημω

ρεγει και τας ηραγη και παν σκεπασηριον ὄπλον συντριβεσι,  
κατα δε την ευροχιον ὅτως ακριβεις εισιν, ως κατα το  
πλειστον μη ἀμαρτανει τη προκειμενη σκοπη. Nec sane id  
mirum, quum id unum, ut Flori verbis utar, ab infantia sit studium.  
Nam paucem puer a matre non accipit, nisi quem ipsa monstrante per-  
eussit. Atque Hebræos, ut ceteros orientales, hujus artis quoque  
peritos fuisse, haud dubitandum, quum saepius in libris sacris ejus  
mentio fiat, et Plinius(VII 56) Punis vel inventionem fundæ tribuat.

\*) Οι ὁ v. 43. secundum eod. Vat. και λιθοις et secundum  
cod. Alex, συν λιθῳ addunt, haud inepte quidem, quoad sen-  
sum, sed perperam tamen, quoniam hæc lectio nulla neque codi-  
cum, neque versionum veterum auctoritate firmatur.

\*\*) Interpretes et alexandrinus et vulgatus הוה ס initio v. 46.  
ad comma 45. retrahunt, sensu non malo, sed nulla, quæ nobis  
quidem innotuerit, auctoritate nixi. Sic LXX in eodem versu quo-  
que in verbis ונתתי פגר מהנה פלשתים vertendis additamen-  
tum habent, ac si legissent ונתתי פגר ופגר και δωσω τα  
κωλα σε και τα κωλα παρεμβολης αλλοφυλων κ. τ. λ.  
Sed ceterarum versionum nulla adstipulatur. Verum hoc loco, quod  
raro accedit, Targum Jonathanis abit a textu hebræo ואותן פגול  
משרית פלשתאי et dabo foetorem castrorum Philistæorum. Sed  
mendum h. l. in chaldaica versione esse et פגורה legendum, in  
promptu est.



Δῆμως καὶ σαρκεσσος κορεν κυνας η<sup>δ</sup> οιωνγα,  
Οφρας ἐκασος ιδη, οιος επιταρροθος ετι  
Δημι Θεος· νικη δε θεος εν γνασι κεται.

Ως φατο. Γαλιανος δε μη εν διαβασ εμεματο  
Δερι βαλειν ὁ δε μην φθας \*) πηρας εξελε λααν,  
Ηκε δε διηησας απερεισε τε ιν απελεθρον.

Εν δε μετωπω πηξε, περησε δ<sup>υ</sup> αρι οσεον εισω  
Χερμαδιον κρατερον, ὁ δ<sup>υ</sup> αρι υπτιος ψδει ερεισθη,  
Και οι μεν προπαροιθε ποδων πεσεν εν κονιησι.  
Αυταρ ὁ λαξ προσβας μεγαθυμος υιος Ισαια,  
Εκ κολεου δ<sup>υ</sup>αρος οξυ ερυσσαμενος παρα μηρ,  
Ευ πληξας κοψεν κεφαλην απαλης απο δειρης.

Οι δ<sup>υ</sup>αρα Φλιτσαιοι επει ανδρας πεσοντα εαρων,  
Φευγον παντων δ<sup>υ</sup>έβραιων ορυμαγδος ορωρει.

Jam

\*) In verbis v. 48. יְמִיחָר דָוד וַיַּרְא הַמְעַרְכָה לְקַרְאַת הַפְלִשְׁתִי. **הַמְעַרְכָה**. difficultatem interpretibus facerit vox. **הַמְעַרְכָה**. Nam quid sibi velit h. l. et cucurrit versus aciem, ut vulgo vertunt, haud facile dictu est. Schulzius V. S. R. in Scholiis ad h. l. ut accurrit recta vertatur, auctor est, sed quibus rationibus philologicis, quas equidem non perspicere valeo, adductus, haud addidit. Si omnia in textu integra sunt, mihi quidem videtur statuendum esse, **מְעַרְכָה** non locum pugnae tantum, sed et pugnam ipsam significare, adeoque h. l. significationem vocis arab. **מְעַרְכָה** conflictus, pugna, habere, ad quam respexisse quoque videtur vulgatus interpres, dum vertit: et cucurrit ad pugnam ex adverbo *Philisthei*. Attamen secum reputet velim curiosus lector, an haec vox forsitan ex v. 22. ubi phrasis **יְמִיחָר דָוד**, sed magis apte, occurrit, huc primum margini adscripta, deinceps in textum irreperitur. Nam hac voce deficiente certe magis fluenter oratio. Solus Arabs ex interpretibus vett, vocem omisit, cuius tamen auctoritate abuti nolo.





Jam quamvis facile fortasse quisquam concedat, quod ex omnibus hucusque disputatis luce clarius apparere arbitror, haec viginti commata non ejusdem, cuius cetera sint, esse scriptoris, tamen ut librum a depravationis labo vindicet, forsan rem omnem sic expediti posse putabit, ut auctor libri duos eosdemque diversos hujus historiae fontes conjungere voluisse censendus sit, quod in aliis quoque V. T. libris accidisse scimus. Verum et hoc suspicari ventant *externa*, quae accedunt, *interpolationis indicia*, ex quibus probabile fit, hunc locum olim in Cod. hebr. non extitisse.

Nam primum non exstat in cod. *Vaticano versionis Alexandrinae*, adeoque nec in editione, quæ ex eo fluxit, *Romana*. Cujus quidem folius auctoritas quamvis levis videri possit, quoniam facilis videtur contingere posse, ut quid ex uno excidat, quam in omnes irrepatur, tamen difficile dictu est, unde haec singularis tot commatum omissione ortum traxerit. Nam quum, ne verbo quidem excepto, ea periocha integra omessa sit, quæ et argumento suo et filio suspecta est, librariorum in describendo negligentia soli haec omissione tribui nullo modo potest. Verum consulto, dixerit fortasse quispiam, a librario Cod. Vat., qui hanc narrationem ceteris parum respondere cerneret, ejecta esse potest. Sed primum quidem hoc parum probabile. Nam unicum hoc esset et proorsus singulare, et, ut ita dicam, exemplum sine exemplo, librarium in sacro codice integrum tot commatum periocham ejicere ausum fuisse, eamque tam, qualem Criticus sagacissimus et artis peritissimus tantum dannasset. Præterea is est saeri codicis librariorum character, ut confito aliquid, non refecent, sed addant, quod sexcentis probari potest exemplis. Quare hac una M<sup>Sti</sup> Vaticani auctoritate nixus *Houbigantius* omnem locum, ut suspectum, uncinis includere non dubitavit. Post hunc vero alia indicia investigavit Virorum doctorum sagacitas, quæ de temeraria librarii omissione ne cogitare quidem sinerent, sed hunc locum nec in *Alexandrino cod.* olim extitisse arguerent. Scilicet ipse ille textus, ut in hoc codice et edit. Breitingeriana exstat, insertionis vestigia haud dubia servavit. Nam v. 12. incipit καὶ εἶπε Δαυὶδ υἱὸς αὐτῷ προφῆταις,

quum



quum textus hebr. tantum habeat זֶה בֶן אִישׁ אַפְרַתִּי. Quid igitur sibi vult illud εἰπε; Nimirum initio. quum v. 11. cum v. 32, ut hodie in cod. Vaticano, usq; serie conjuncti essent; post v. 11. omnino καὶ εἰπε Δαευὶδ sequi debebat, quæ prima v. 32. verba sunt. Quæ cum librarius scripsisset, conspicatus forte nostram periodam, sive margini adscriptam, sive in alio codice, quem conferebat, exstantem, eamque, nil dubitans hic pertinere, statim inferuit, relinquens illud νομίσει, sive delere oblitus, sive litura codicem foedare nolens, quo quidem nobis fraudem ambabus quasi palpandam dedit.

Atque hæc, quæ mera forsitan conjectura vel ingeniosa rei explicatio videri poslit, mirum in modum codicium auctoritate firmata est. Nam quum codd. hebræi, operis critici Kennicottiani concinnandi caussa conferrentur, inspiciebat subinde *Brunius*, Vircel et græcos codd. MStos, ex quibus ea, quæ ad hunc locum pertinent, cum eruditis communicavit Kennicottus in diss. generali in V. T. hebr. p. 9. §. 18. Scilicet Parisiis in bibliotheca Carmelitarum reperiebatur MStus græcus, non ex cod. Vaticano descriptus, in quo hæc viginti commata, de quibus quærimus, plane absent. Deinde et MStus gr. Biblioth. Reg. Paris. No. 7. iis destitutus erat. Neque dubium est, si ista MStorum græcorum omnium, quæ nunc in Anglia paratur, collatio instituta fuerit, quin plures adhuc his olim annumerandi sint. Verum et aliud quid commemorat Kennicottus, quod nescio, an ceteris omnibus gravius in re nostra dirimenda sit existimandum, scilicet MStum græcum (No. 2. Biblioth. Reg. Paris.) servare hæc commata, sed asteriscis insinuata, in alio (no. 8. ejusd. Biblioth.) quoque inserta esse, sed itidem post asteriscos, hisque literæ Θ Λ̄ (pro Θεοδοτιών et Λοιπός, vel Λγνιάτος) præfixæ. Hoc certe ad rem nostram magni est momenti. Nam appareat ex his signis, in versione LXX virali ante Origenem hæc commata non exsilitisse. Nota enim res est, Origenem, si quid in versione των ὁ deesset, id ex ceteris interpretibus, potissimum Theodotione mutuum sumfisse, præfixo asterisco et nomine interpretis, cuius hæc verba essent. Sic igitur et in perio-





perioda nostra versatus est, ut ex ipsis codicibus patet. Neque vero mirum cuiquam videbitur, non in omnibus MStis asteriscos his verbis præfixos inveniri. Dudum enim jam a criticis observatum est, a librariis, qui columnam hexaplaarem των ὁ Origenianam describerent, saepe signis ipsis criticis, ab Origine consulto adhibitis, omissis, omnia continua serie descripta esse, ac si cuncta, nullis exceptis, τοις ὁ essent tribuenda. Quare haud improbabile, eam versionem horum commatum, quæ in cod. Alex. legitur, non LXX interpretum, sed Theodotionis esse, præsertim quum paucæ istæ reliquæ, quas ex Theodotionis versione superstites v. 18. 19. Montefalconius collegit, cum versione cod. Alexandrini conspirent. Ex quibus quidem omnibus hoc efficitur, Origenis et ceterorum interpretum græcorum, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis ætate hanc pericopen jam in hebr. codd. exstitisse, quoniam ab ipsis versa ab Origine in textum των ὁ illata est, sed simul et hoc patet, versionem hujus periodæ, quum Origenes ex ceteris interpretibus mutuari cogeretur, non a LXX versam esse, adeoque neque in hebraico, quod sequebantur, exemplari exstitisse. Quis autem putet, solos codices istos, quibus ὁ ὁ in versione græca adornanda usi sint, tam sœde corruptos fuisse, ut tot commata non exhibuerint, quæ tamen tum temporis jam in aliis codicibus hebreis lecta, et auctori hujus libri tributa fuissent? Quod quum haud credibile sit, nil reliquum est, quam ut statuamus, eo tempore, quo versio LXX viralis facta est, hanc, de qua differimus, periodam nondum in hebreis codd. exstitisse.

Quodsi igitur hæc commata, ut videtur, vere interpolata putanda sunt, jam eo delati sumus, ut quæramus, quo tandem tempore hæc depravatio acciderit? Atque Kennicottus quidem (diss. gen. p. 9.) non dubitat asserere, ea demum sub seculi p. C. secundi initium hebr. textui addita fuisse. Cujus quidem asserti rationes in diss. II. p. 409. exhibuit, ubi horum viginti versuum inserti nem primum suum ortum iis debere asserit, quæ Josephus ad variantam et amplificandam historiam in sua narratione addiderit, iisdem tamen plura deinceps adhuc superaddita fuisse. Verum hæc sententia



sententia per se caderet, si assumenda essent, quæ Eichhornius Vir perill. (Eiul. ins A. T. Th. II. p. 585.) affirmat, Josephum hæc additamenta jam in versione των ὁ reperisse. Sed, quod pace tanti Viri dixerim, vix hoc ex Josepho probari posse puto. Nam is locus (Jof. Archæol. VI, 9. §. 2.) in quo eadem fere narrata sunt, quæ hodie in V. T. i Sam. XVIII, 12—31. exstant, nul- lum proorsus vestigium servat, Josephum versionem των ὁ quam nunc habemus, in subsidium vocasse. Quodsi enim tam antece- dentia quam sequentia, cum versione LXX viraliter conferantur, pa- tebit, Josephum non tantum in singulis vocibus feligendis cum versione græca conspirare, sed vel lectiones ejus contra hebr. tex- tus auctoritatem exprimere. Cujus quidem rei pauca tantum et indubitata fere proferemus exempla: וְהַנִּיא בִּנֵּיהֶם; LXX, καὶ ὁ αὐλῶν αγερμεσον αὐτῶν; Josephus: διετησε τὰ σφατοπέδαι μεσος αὐλῶν v. 4. גָּנָהו שׁ אָמוֹת וּרְתָת; MS. Vat.: υψος αὐτών τεσ- σαρων πηχεων καὶ σπιθαμης, et sic Josephus: οὐ γαρ πηχεων τεσσαρων, καὶ σπιθαμης, v. 7. לְהַבֵּת חֲנִיתָה LXX pariter ac Josephus per λογικην reddunt, v. 32. lectionem των ὁ אָדָנִי pro אָדָן exprimit, per ω Βασιλευ. v. 12. וְעַד שָׁעֵרִי עַקְרֹן; LXX καὶ ἕως τῆς πύλης Ασκαλωνος. Similiter Josephus καὶ των πυλῶν τῶν Ασκαλωνος. Licet in his et aliis locis Josephi cum versione græca consensus ultero in oculos incurrat, tamen tantum abest, ut idem de hac perioda affirmari possit, ut ne in illa quidem paulo difficultiori voce interpretanda cum τοις ὁ faciat, quod tamen alias plerumque usu venire solet e. c. v. 18: וְאַתָּחִיךְ תִּפְקֹד לְשָׁלוֹם וְאַתָּעֲרֹבְתָּם תְּקַהְתָּ LXX vertunt: καὶ τοὺς αδελφὸς σὲ επισκεψή εἰς εἰρηνήν, καὶ ὅσα αὐτοῦ χρηγωσίν γνωσθή, Josephus vero κομισάς τε τοὺς αδελφοὺς εφοδίας, καὶ γνωνάς, τι πραττουσίν.

D

Atque



Atque patet etiam, siquidem vera sunt, quæ supra disputavimus, Josephum hujus loci hodiernam versionem græcam in usum vertere non potuisse. Quodsi enim ab Origene ex ceteris interpretibus post Josephi tempora florentibus mutuum sumta est, certe inspici ab eo haud potuit. At vero quum summam rei his versiculis traditæ, licet aliis verbis, enaret, vix negari posse arbitror, eum hanc sectionem jam in codice, quo utebatur, hebræo, legisse, sive saltem margini adscriptam habuisse. Nam hæc Josephum traditionem quandam secutum primum addidisse et postea demum ex illo locum nostrum ortum traxisse, id, fateor, mihi quidem videtur parum probabile esse.

Neque magis vero sententiæ b. Michaelis accedendum esse existimo, qui (in Append. ad T. XII. Bibl. or p. 196.) hoc additamentum primum in chaldaica versione ortum, ex hac dein in textum hebræum migrasse, suspicatur. Nam ut taceam, chaldaicas versiones probabiliter post Josephi demum ætatem adornatas esse, certe illud ex hac, quam jam superstitem habemus, Jonathanis versione, quod tamen haud obscure innuit b. Michaelis dum ex ea exemplum interpolationis sumit, haustum esse non potest. Nam illam inspicienti cuivis patebit, eam vere hodierni textus hebr. versionem esse, non vero textum hebr. ex hujus loci periocha chaldaica versionem esse posse. Licet enim admodum, ut solet, verbis hebr. congrua sit, tamen versionis vestigia nimis impressa habet, quam ut quemquam paullo attentiores fugere possint, quæ in vocibus hebr. textus difficilioribus interpretandis potissimum se produnt. Sic, quum phrasin v. 12. בָּא זַקְן בְּאַנְשֵׁי סִבְמַנִּי בְּבְחִירִיא alias non occurrente, haud intelligeret, vertit מַנִּי בְּבְחִירִיא, quod equidem non

cum



cum latina versione senex numeratus in juvenibus, sed prefectus electis intelligendum duxerim, quum מני prefectum, aut בחרירא tem electum, non juvenem (quod est) Chaldaicis denotet. v. 18. וַיְהִי טִיבֵיכֶן תִּתְחַדֵּשׁ bona eorum afferes, quod sive sic intellexit, quomodo valeant referes, sive, quia quid lucri fecerint, referes. Id vero certe apparat, haud facile ex Chaldaico hebraeum textum oriri potuisse, sed hanc Chaldaicam versionem ex hand intellecto hebr. textu fluxisse. In qua quidem sententia nos firmat periphrastica, qua Chaldaeus nonnunquam usus est, versio e. g. v. 25. יָעַשְׂה חֲרֹן וּבָרְבָּן חֲפֵשׁ Chald. faciet liberos principes, quæ quidem ultima vox τε expli-candi causa addita est, nec, si ex chaldaico textus hebr. factus esset, facile omitti potuisset; v. 26. חֲרֹף מְעֻרְכֹּת אֱלֹהִים חַיִם periphrastice contumelia afficit ordines facientium bellum populi Dei viventis (non manentis, ut versio habet, nam חַיִם saepius per τε vertitur). Sic iterum v. 28. periphrastice עֲבָדֵי קָרְבָּא vertitur. v. 29. vero דָּאָמְרִית additur, quod dixit. At vero haec omnia ab interprete hebreo omitti haud facile poterant, contra vero ab interprete chaldeo perspicuitatis causa facile addi.

Quæ quum ita sint, vero simillimum videtur, omnem hujos loci interpolationem in isto trium seculorum, quibus tempus versonis græcae adornatae ab Josephi ætate distat, decursu accidisse. Quum enim antea verba v. 11. וַיְחִתֵּן וַיְוַאֲוֵן מָאָר cum verbis v. 32. וַיֹּאמֶר רֹוד continua serie conjuncta essent, primum ad vocem רֹוד supplementum, ut interpolatori scilicet videbatur, oræ codicis videtur adscriptum esse, cuius initium fuit: בֶן אָנָשׁ אֲפָרָתִי הַזֶּה:

D 2

filius



filius Ephraimitæ hic (sc. David.) erat, quod deinceps a librario, ad textum ipsum pertinere opinante, in textum illatum est. Neque exemplis caret hoc Judæorum historias S. codicis adjectis novis quibusdam narrationibus latius diducendi studium, quod præsertim in libro Estheræ, Esdræ et Nehemiæ appareat. Atque vel prolixæ ipsum in textum hebraicum interpolationis exemplum Kennicottus affert, qui in MSto hebræo Musei Brit. Harl. No. 5506. post 2 Par. II, 7. ipsas 230 lineas insertas esse affirmat. Quare non est, cur quisquam dubitet, ejusmodi interpolationes et aliis in locis contingere potuisse.

Jam quidem eo delapsi sumus, ut de ceteris quoque locis, quæ duce romana versionis græcæ editione in interpolationis suspicionem non immerito adducta sunt, nobis differendum sit. Sunt vero hæc: 1 Sam. XVII, 55. usque ad verba XVIII, 6. וְתַצְאָה הַנְשִׁים — XVIII, 8. a verbis inde וְעֹד לֹא מִלּוּכָה usque ad v. 11. — XVIII, 17—19. — denique XVIII, 21. verba שָׂאֵל רַיִאמֶר שָׂאֵל אל דָּר בְּשָׁתִים תְּחַתִּן בְּהַיּוֹם Quæ vero de loco isto insigni 1 Sam. XVIII, 12 — 31. tradita sunt, ea de his omnibus mirum in modum valent. Nam et hæc non tantum desunt in MSto græcæ versionis Vaticano, sed etiam, si argumentum eorum spectes, nonnulla quæ alio et suo loco tradita sunt, hic iterum et prorsus alieno narrantur, alia valde improbabilia sunt, alia partim sibi, partim iis, quæ de Davide aliunde certo constant, repugnatio, denique ejus locis notatis omnibus cuncta optime cohærent, quod quisque facile perspiciet, qui græcam versionem ex recensione Romana uno tenore perlegendam sibi sumat. Atque quum vel ii, qui de interpolatione XVII, 12—31. facta dubitant, vix audient



ant hæc loca defendere, jam lubenter supersedemus labore tædi pleno singula vestigia interpolationis interna, quæ per se jam in oculos incurunt, colligendi, præsertim quum hoc jam in libris factum sit, qui merito omnium, qui in his rebus aliquid videre cupiunt, manibus teruntur. Quare ne lectorum patientia abuti videamur, paucas tantum addemus observationes, quæ ad loca univerſa pertinent.

Primum igitur observasse mihi videor, omnia, quæ binis his capitibus interpolata censentur, non ejusdem esse auctoris. Certo locus iste XVII, 55—58, ubi Davides neque regi, neque Abnero notus est, non tantum repugnat historiæ haud dubie genuinæ, sed etiam loco interpolato XVII, 12—31. Nam et ibi v. 15. in regia Sauli degerat: וְרוֹד הַלְךْ וִשְׁבָ מַעַל שָׁאוֹל &c. et secundum v. 31. jam a rege arcessitus cum eo sermocinabatur. Vix autem tantam fuisse arbitror vel interpolatoris oscitantiam, ut, tam paucis interjectis, adeo sibi repugnantia scripserit.

Quare equideim sensim sensimque has interpolationes accidisse suspicor, adeo, ut vel ad ea, quæ textui inserta essent, nova interdum ab alio interpolatore profecta accessio facta sit. Hoc præsertim de loco XVIII, 2—5. vix dubium esse potest. Nam ita, ut eum Biblia typis expressa iam exhibent, summa imis mixta sunt. Nam verba v. 1. וַיְהִי כָּכֶל תַּו לְדִבָּר אֶל שָׁאוֹל cum verbis v. 4. וַיַּתְפַּשֵּׂט יְהוֹנָתָן אֶת הַמְעַל אֲשֶׁר עָלָיו וַיַּתְנַחֵן לְרוֹד jungenda esse, non possum mihi non persuadere: *Quum loqui desisset, Jonathan pallium, quo induitus erat, exutum donavit Davidi.* His fortasse



sortasse parentheseos instar interjecta erant verba: **ונפש יהונתן** **בנפש רוד ויאחכחו יהונתן כנפש** quod hebrææ lingua genium omnino fert. Jam vero glossator alius pro istorum hominum indole supra, quam necesse est, omnia explicare cupiens, monendum esse arbitrabatur, Davidem ad paternos lares ab isto inde tempore non reversum esse, versum hujus capituli secundum, quod locum magis idoneum non reperiret, margini adscriptis. Et quoniam h. l. in parenthesi Jonathanis erga Davidem amoris mentio injecta esset, quæ alio loco de fœdere Jonathanis cum Davide inito narrantur, (e. g. XX, 16. 17. XXIII, 18.) etiam oræ adlevit, cum tamen vix probabile sit, jam tum illud dictum fuisse. Mihi saltem hæc admodum videntur glossatorem redolere, atque vix mihi persuadere possum, v. 2. et 3. ejusdem esse, cuius v. 1. et 4. est.

Denique me affirmare posse confido, Josephum omnia, quæ post XVII, 54. in edit. Rom. desunt, non legisse. Nam præter verba XVIII, 8. **רַעֲנָן לְאַךְ הַמְלֹכַת**, quæ per καὶ λογισαμένος μηδεν ἔτις μετα λαρπραν ευφημιαν η την βασιλειαν υπερειν αυτω exprimit, ne ullum quidem ipsi exedit verbum, ex quo colligi possit, eum quicquam horum omnium in codice, quo utebatur, sive græco, sive hebræo reperiisse, sed omnia eo ordine et prorsus sic refert, ut hodie in editione romana versionis græcae legenduntur. Quod enim Eichhornius V. perill. (Eiel. II. [p. 585.]) negat, si qua haud attigerit Josephus, inde sequi, eum non omnia in exemplo suo habuisse, id quidem certe de loco isto XVII, 12 — 31. valet, de locis hisce omnibus haud valere posse existimo.

Nam



Nam ibi ea fere tantum omisit, quibus positis otiosæ iterationis reprehensionem effugere non potuisset. Ex his locis vero non quædam tantum, quæ improbabilia forsan videri possent, sed omnia omnino omittit. Quod quidem eum quoque vix eo consilio fecisse putarim, ut repugnantias, quæ inde in historiam Davidis redundant, tegeret. Nam eo fere ingenio Josephus esse solet, ut difficultates, non omitendo celare, sed artificiose mutando imminuere studeat, quod vel ipsa ratio testatur, qua loco isto integro in historia sua contexenda usus est. Atque hanc quoque rationem eum secuturum fuisse mihi persuadeo, siquidem omnia hæc loca vere legisset. Quid? quod nonnulla ejusmodi sunt, ut historiæ Davidis non tantum non repugnant, sed narrata etiam splendescere possint e. g. XVII, 57. ubi Davides caput Philisthæi gestans in regis conspectum prodit, aut XVIII, 4. ubi Jonathanis veste, quasi præmio, ornatur. Atque ejusmodi mirum esset si Josephus, licet in cod. suo invenisset, tamen omisisset. Quare equidem, quemadmodum vix dubitari posse censeo, Josephum locum istum XVII, 12 — 31. legisse, sic eum cetera hæc loca, quæ in interpolationis suspicionem venerunt, in codice, quo utebatur, habuisse, persuadere mihi non possum.

Ex iis igitur, quæ huc usque disputavimus, id certe apparere arbitror, non temere hanc de pugna Davidis eum Goliatho narrationem interpolatam esse censi, quin id tot et tanta probent argumenta, quot quantisque vix ulla in auctore quodam vel græco vel romano facta interpolatio possit demonstrari.

